



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Annales Mariani Societatis Iesv

Nádasi, János

Romæ, 1658

Anno MDCXXXIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42840

*Valde at-
tentè ora-
re.*

*Rem do-
mesticam
illi com-
mendare.*

*Occisus
1633. 31.
Iul.*

*In fili il-
lam inuo-
care.*

*ob. 1633.
12. Mar.*

*'Ante, &
post con-
cionem.*

3. Ian.

conclavis illius pulsaret, aperiret, ingrederetur, minimè aduerteret. De immaculata illius Conceptione librum edidit calamo pio ac docto dignum.

800 Annua Germaniæ Superioris huius anni aiunt; pecuniam à quopiam ijs de Societate qui Oetingæ degunt missam cum epistola in hæc verba: Ego alterâ vice in somno à Beatissima Virgine, uti reor, monitus sum, ut Patribus Societatis Oetingensibus eleemosynam largirer. Hanc ergò exiguam de mea tenuitate ipsis mitto.

ANNO MDCXXXIII.

801 *Nicolaus Keyan Fucunanga* Scholasticus Iapon cum in Iaponico fossæ supplicio penderet, rogatus quomodo adeò vegetus esset in tanto famis, sitis, & capitis deorsum cū corpore toto pendentis tormēto, respondit, ut ait Annus dierū illustriū; Adstitisse sibi Reginam cæli Beatissimā Deiparam, & multifariam sibi auxilio fuisse. Inter alia solatia, allatam è cælo aquam bibendam è cyatho dedisse. Et verò repertus est in fossa cyathus aquâ plenus. Ipse quoque per tot eos dies aliquando ad fossæ marginem sedere conspectus est liber.

802 *P. Hieronymus à Florentia* non prius prodibat ad concionem dicturus quàm pro se ac suis *Salve Regina* recitaret; iterumque post concionem ante illius imaginem prostratus idem agebat. Mirus erat, & seipso maior cum de illa diceret, admiratione quoque laudatus. cuius boni incendij scintillas in duobus tomis sui Marialis reliquit anno 1625. impressas. Ab illa petendum id quod nostræ conciones quærunt, cui S. Sabbas: *Tu peccati spinas venenata cuspide pungentes remediorum inundatione obrundis.*

803 Idem *P. Hieronymus* quolibet die Sabbati
in

in triclinio palàm de genibus *Aue MARIA* pronun-
ciabat : mox omnium , tanquam B. Virginis filio-
rum, feruorumque fidelium pedibus aduolutus, eos
exosculabatur. Impressa est hoc anno Duaci B. *Sta-*
nislai Kostka ad Deiparam in cælos Assumptam,
epistola, carmen P. Ioannis Vincartij, toto inge-
nio *MARIANI*.

Sabbato.
Humili-
tas.

804 P. *Franciscus Aguado* in *Sapiente Christiano*
hoc anno edito suadet imitationem Deiparæ è S.
Athanasio dicente : *facta est typus imitabilis omnibus.*
è S. Gregorio Nazianzeno, qui ait; *illa tibi sit om-*
nis operis & verbi spirans imago: è S. Ildephonso,
qui ait; *Imitamini, filij, signaculum fidei vestrae MA-*
RIAM. P. *Gregorius Mastrillus* edidit Italicè noue-
nam super Antiphonas maiores quæ in expectatione par-
tus B. Virginis recitantur.

fol. 254.

ob Nea-
poli 1633.

ANNO MDCXXXIV.

805 P. *Antonio Andrada* magnâ dolorum vi
afflicto, & pro illis aliquid à B. V. leuamenti, si ita
DEO placeret, expetenti fertur se conspiciendam,
præbuisse Deipara, & dixisse: *Tam fili, nihil tibi*
dolebit amplius. Et abstinit omnis dolor, neque re-
uersus est. S. *Ioannes Damascenus*: *Corpus, ani-*
mam, & mentem tuæ bonitati committens, misericor-
diam tuam rogo, ò pura, ut ab infirmitate miserabilis
corporis mei sanes mentem meam.

ob. 1634.
Goa.

m. s. fer.
6.

806 Hoc anno 8. Octobris scripsit, & iuratus
etiam officij sui sigillo affirmavit P. *Nicolaus Lan-*
cicius Lithuaniae Præpositus Prouincialis, se Romæ
ante annos circiter 40. legisse in chirographo quo-
dam P. *Ludouici Mansoni* Prouincialis Neapoli-
tani magno sanctimonix nomine celebrari; Neapo-
litane Virgini Ioannæ ab Alexandro hæc à Chri-
sto dicta esse inter alia plura: se Societatem habere
intra.

Obedien-
tiæ cæca.